

*Graf Rudolf von Werdenberg-Sargans, Chorherr zu Strassburg und Dompropst zu Chur, bezeugt die edle Abstammung von Wolfhart von Brandis dem Jüngeren, der sich um eine Domherrenstelle und Pfründe in Strassburg bewirbt.*

*Or. (A), StaatsA Trebon, Cizí Rody Nr. 118. – Pg. 33/24 cm. – Siegel abh. – Beglaubigt durch den Notar Peter Schüchler von Feldkirch, Chorherr in Chur. – Notariatszeichen: Burgtor auf dreistufigem Sockel mit eingeschriebenem P. – Rückvermerk (19/20. Jh.): Testimonium et commendatio ortus legitimi cum simul annexa promotiona ad ecclesiam Argentinensem; (16. Jh.): Herr Wolfo von Brandis freyherrn probation seiner anaten vf das thumbstifft Strassburg. Anno 1426.*

<sup>l<sup>1</sup></sup> In<sup>a)</sup> dei nomine amen. Rûdolfus comes de Werdenberg de Sanegans canonicus ecclesie maioris Argentinensis necnon prepositus ecclesie || <sup>l<sup>2</sup></sup> Curiensis<sup>1</sup> venerabilibus in Christo ac spectabilibus dominis et confratribus meis preposito decano totique capitulo dicte ecclesie Argentinensis maioris || <sup>l<sup>3</sup></sup> fraternalem in domino caritatem. Noveritis neverintque universi et singuli, quos subscripta nosce fuerit oportunum, quod a meis senioribus proximis || <sup>l<sup>4</sup></sup> benevolis et amicis per longum et latum in diversis territoriis et locis ubi hactenus pede mobili consuevi conversari sepius audivi et sum <sup>l<sup>5</sup></sup> verius edoctus, quod spectabilis Wolfo de Brandis<sup>2</sup> iunior affectans et ambiens assequi canonicatum et prebendam dicte ecclesie Argentinensis <sup>l<sup>6</sup></sup> maioris ab omni suorum progenitorum ortu nobilis est et baro in ydiomate almanico wulgaris theutonici dictus ain fryge <sup>l<sup>7</sup></sup> genitus legitime ex utroque parente suus enim pater hodie vivens baro nobilis similiter Wolfo de Brandis<sup>3</sup> nominatur, cuius Wolfhardi <sup>l<sup>8</sup></sup> pater et iunioris Wolfhardi avus eciam nobilis baro extitit nomine Wolfo de Brandis<sup>4</sup>, primi vero Wolfhardi junioris <sup>l<sup>9</sup></sup> patris mater fuit comitissa de Tierstain<sup>5</sup> et eiusdem comitissa de Tierstain mater fuit comitissa de Nidow<sup>6</sup>. Senioris <sup>l<sup>10</sup></sup> vero Wolfhardi de Brandis mater fuit comitissa de Montfort<sup>7</sup>. Item primi Wolfhardi de Brandis iunioris mater hodie <sup>l<sup>11</sup></sup> vivens est comitissa de Werdenberg nuncupata Verena<sup>8</sup> et eiusdem comitisse pater fuit comes Alberchtus de Werdenberg<sup>9</sup> <sup>l<sup>12</sup></sup> ac ipsius comitisse mater fuit comitissa Ursula nata de Schonburg<sup>10</sup> et eiusdem comitisse de Schonburg mater fuit comitissa <sup>l<sup>13</sup></sup> de Gôrtz<sup>11</sup> et comitis Alberchti de Werdenberg mater fuit burggravia de Nûrenberg<sup>12</sup>. Hii prenominati omnes mares<sup>b)</sup> <sup>l<sup>14</sup></sup> et femine de nobili comitum comitissarum et baronum geniti sanguine et ut tales omni tempore et ab omnibus habitu sunt <sup>l<sup>15</sup></sup> reputentur pro talibus et hodierna die tenentur in omni loco prefati eciam Wolfhardi iunioris pater et mater hodierna <sup>l<sup>16</sup></sup> die viventes pro coniugibus legitimis semper et ab omnibus habitu sunt et habentur et ut tales sunt invicem una mensa domo <sup>l<sup>17</sup></sup> et choro tamquam coniuges legitimi habitarant ac continue habitant. Et ut aliud de prescriptis quam ut prescribitur numquam audivi <sup>l<sup>18</sup></sup> a quoquam nec premissi contrarium umquam percepit. Illud in verbo veritatis dico attestor et ad vestrarum reverenciarum noticiam <sup>l<sup>19</sup></sup> presencium tenore deduco ac ut premissis omnibus et singulis omnimoda habeatur fides presentes litteras per notarium publicum subscriptum <sup>l<sup>20</sup></sup> exinde fieri et in publicam formam redigi ac publicari mandavi sigillique dicte prepositure mee Curiensis feci appensione muniri. <sup>l<sup>21</sup></sup> Actum Curie in stuba maiori domus dicte prepositure Curiensis

anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto indicione <sup>l<sup>22</sup></sup> quarta pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini digna dei providencia pape quinti anno nono die prima <sup>l<sup>23</sup></sup> mensis aprilis hora meridie vel quasi diei eiusdem presentibus ibidem venerabilibus et circumspectis dominis magistro Hermanno <sup>l<sup>24</sup></sup> Burser<sup>13</sup> licenciato in decretis decano, domino Johanne Nigri<sup>14</sup>, domino Johanne Lupfensak et domino Judoco Vaisstli canonicis prebendatis <sup>l<sup>25</sup></sup> ecclesie Curiensis prefate testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

<sup>l<sup>26</sup></sup> Et ego Petrus Schüchler<sup>15</sup> de Veltkirch<sup>16</sup> canonicus ecclesie Curiensis publicus auctoritate imperiali notarius iuratus <sup>l<sup>27</sup></sup> quia dictis recognitioni attestacioni omnibusque et singulis aliis premissis dum sic ut premittitur fierent <sup>l<sup>28</sup></sup> et agerentur una cum testibus prenominatis presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi idcirco presentes <sup>l<sup>29</sup></sup> litteras manu mea propria scribendo exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque <sup>l<sup>30</sup></sup> et nomine meis solitis et consuetis una cum dicti domini Rüdolfi comitis de Werdenberg de Sangans <sup>l<sup>31</sup></sup> prepositi ecclesie Curiensis prepositure sigilli appensione ac de mandato ipsius signavi atque me subscripti <sup>l<sup>32</sup></sup> rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

a) *Verzierte Initiale J 9 cm lang.* – b) A, statt matres.

<sup>1</sup> Rudolf VII. v. Werdenberg-Sargans (*Chorherr zu Strassburg u. Dompropst v. Chur*) 1380-1434. – <sup>2</sup> Wolfhart VI. v. Brandis, 1426-†1477. – <sup>3</sup> Wolfhart V. v. Brandis, 1408-1459. – <sup>4</sup> Wolfhart IV. v. Brandis, 1356-1418. – <sup>5</sup> Clementia v. Thierstein (*Gem. Büscherach, Bez. Thierstein SO, CH*), 1364-1395. – <sup>6</sup> Verena v. Neuenburg-Nidau, 1347-1411. – <sup>7</sup> Agnes v. Montfort-Feldkirch, 1375-†1379 erw. – <sup>8</sup> Verena v. Werdenberg-Heiligenberg, 1427-1441 (*Gemahlin Wolfharts V. und Mutter Wolfharts VI. v. Brandis*). – <sup>9</sup> Albrecht III. v. Werdenberg-Heiligenberg, 1367-1418. – <sup>10</sup> Ursula v. Schaunberg (*Gem. Hartkirchen, Oberösterreich*), †1417/19. – <sup>11</sup> Ursula v. Görtz. – <sup>12</sup> Agnes Burggräfin von Nürnberg, 1336-1364. – <sup>13</sup> Hermann Bürser, 1426-†1453 Churer Domdekan. – <sup>14</sup> Johannes Nigri (*Schwarzhang*), *Scholasticus in Chur*, 1434-†1446. – <sup>15</sup> Peter Schüchler, *Scholasticus in Chur*, †1430. – <sup>16</sup> Feldkirch, Vorarlberg (A).